Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



181

omnia uincula peccatorum 7 hic autem uersus tantam uirtutem habet ut dicerentur ab aliquibus posse omnibus peccata dimitti · sicut in fine uitae suae tertia uice congeminet confessionis 7

Iste psalmus personę martyrum conuenit · qui gloriosa passione perfuncti · Omnes gentes ad dni laudes excitant 7

Confirmatu est misericordia eius in populo xpiano · quando qui prestitit ipse nos sua miseratione custodit 7 hic ueritas dni · filius significatur · sicut ipse ait 7 Ego sum uia ueritas & uita 7 Conuenit enim uerituti confiteri · coeternum filium · et consubstantialem · per omnia patri manere in aeternum 7

mea · tibi sacrificabo hostiam laudis ·
℣ & nomen dni inuocabo ·
Uota mea dno reddam in conspectu omnis populi eius · in atriis domus dni in medio tui hierusalem 7
ALLELUIA 7 Iste psalm
personę martyrum conuenit ·
qui gloriosa passione pfuncti ·
omnes gentes ad dni laudes
excitant 7

LAUDATE DNM omnes gentes · laudate eum omnes populi 7
Quoniam confirmata est super nos misericordia eius ·
& ueritas dni manet in eternum 7
ALLELUIA 7
Uox fidelium dno confitentium · & in eo solum modo confidentium · qui aperiri sibi portas iustitiae deprecantur · de angulari lapide hoc e dno saluatore subiun
gentes 7

Nam cum dicit uota mea dno reddam · seipsum offerre uidetur pollicetur omnium omnium enim fidelium uotum est xpo se offerre · et in eius ecclesia recta credulitate consistere 7 in conspectu · dignum e ut publice debeat laudari · qui pati pro omnium salute dignatus est 7 in medio hierusalem · ubi pax conquiescit · et unitas populi contemplatione di letatur 7

Clamat chorus ille scorum omnes gentes dnm debere laudare 7 Con laudatio est cunctorum fidelium · In unum redacta laudatio 7 Commonentur enim omnes gentes generaliter laudare dnm · Nequis dicat se esse in iudicio di preter missum 7

In principio quippe istius psalmi quattuor uersus pari fine conclusit 7 Ut euangelico numero totum mundum uni dno laudes debere reddere · adorationem quadrifariam commoneret · hoc et in centesimo tricesimo quinto psalmo per